



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De proxima. §. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

b *Id. ibid.*

4 Hinc inferunt Doctores b
prudenter absolvi adolescentes,
qui versantur laborando, vel
conversando cum foeminis, quæ
aliam domum non habent; licet
sæpe ex tali occasione, consensu,
tactibus, copula, mortaliter pec-
carent, siquidem non ferè sem-
per ex illa occasione solent ho-
mines peccare.

§. 3.

*De Occasione proxima.*a *Id. ibid.*

5 **R**egula item certa est, &
communis, a ut qui in
occasione proxima est, absolven-
dus non sit. Ratio est, quia non
habet propositum non peccandi
qui peccati periculum (quale in
ne dubio est occasio proxima)
voluntariè subit; juxta illud
Qui amat periculum peribit in
illo.

6 H

6 Hæc tamen regula aliquot modis limitatur. *b* Primò, ut possit absolvi pœnitens, quando *b* *Id. ibid.* habet extraordinarium dolorem, & propositum: hæc enim faciunt jam illam non esse occasionem proximam; quia homo sic armatus, est fortis, adeoque ab eo possumus sperare victoriam.

7 Secundò quando proponeret alia media adhibere: ut si occasio esset ex foemina domestica, pœnitens autem proponeret nunquam solus cum sola colloqui, aut inveniri, ejus aspectum pro viribus declinare, &c.

8 Tertiò quando occasio relinqui non potest absque scandalo, gravi infamia, vel detrimento magno spirituali, vel temporali; tunc enim moraliter non judicatur, quis occasionem voluntariè eligere, sed involuntariè pati.

*c C Con-
sultationi
de frigidis
& malef.*

ti. Sic Summus Pontifex concessit frigidis, ac maleficiatis simul domi permanere ut sorores: idque profectò propter scandalum separationis à matrimonio contracto; cum tamen esset periculum tactuum, &c. Pari ergo ratione, poterit filius familias v. g. absolvi, quamvis domi suæ serva adsit, cum qua peccare consuevit; quam tamen ipse expellere non potest, & nec facilè, aut decenter fieret. Si etiam, à fortiori, si cum fratre vel sorore habet occasionem peccandi, à quorum convictu se jungi, absque gravi detrimento nequit; debet nihilominus alia remedia faciliora, quæ potest adhibere, ut ex se constat. Similes casus vide apud Doctores. *d*

*d Nav in
Summa
c. 3. & in
ad lit late.*

*e Laym.
l. 6. tr. 6.
c. 4. n. 9.*

confirmat hæc Layman e his verbis; Proximas occasiones vitare obligamur; excipe tamen nisi proxima occasio peccandi mori

mortaliter, sine gravi incommodo corporis, famæ, vel fortunarum tolli non possit, tunc non consilium est, sed non præceptum. Quare absolvendi sunt, qui officio, negotiatione, domo, in qua peccandi periculum imminet discedere nolunt, quia sine maxima difficultate non possunt, parati adhibere remedia peccatorum, præsertim, quæ affert Confessarius. Ratio est, quia occasio peccandi in se non est peccatum: quare permitti potest, ex gravi necessitate, quæ impossibilitatem affert moralem, nam tunc non tam est se committere in periculum, quam pati. Hæc Layman.

Vide omnino §. 5.
sequentem.

R.

§. 4. De